

OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

LIBER I.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

In primo hocce libro occurit Præfatio & Tractatio ipsa. Præfatio tribus constat partibus, quarum prima in hoc capite extat, & in se continet adhortationem, ut Filius, exemplo Patris, Philosophiam cum eloquentia, & Latinam eloquentiam cum Græca conjungat: deinde ut & suo in audiendis Philosophis aliquid tribuat ingenio: denique ut tam philosophica, quam oratoria Patris scripta studiose perlegat.

QUAMQUAM 2 te, Marce fili, 3 annum jam 4 audientem 5 Cratippum, idque
 A 4 6 At-

1 *Officiorum alii. Sed hanc de Officiis inscriptionem Cicero ipse Attico scribens probavit & confirmavit, quare mutari non debet. Officium est id, quod quemque facere decet. $\kappa\kappa$ Ἔθρον vocant, & de eo plerique Stoici libros scripserunt. 2 Paucis verbis egregium officium in cohortando ad philosophiam filio licet*

animadvertere, a Doctore Cratippo, loquoque celeberrimo, & annuo spatio petitur. 3 Annum tempus conficiebatur post Kal. Apr. ut patet ex lib. XV. epist. ad Atticum; statim enim, interfecto Cesare, filium Athenas miserat. 4 Audire magis est, quam privationem suadere. 5 Cratippus Peripatetica scientia inclaruit.
 Mnl.